



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

20. Executor quid protestari debeat in confectione inuentarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

20 Bononia non obseruetur. Sextò debet † adponi
 protestatio, quod si qua sunt adposita, quæ non
 deberent adponi, vult, quod non habeantur pro
 adpositis, & è contrario: si qua sunt non ad-
 posita, quod adponentur: vt no. in d. l. tutor, qui
 repertorium, & d. l. tuto. C. de admi. tuto. Quod
 est vtile propter expensas & venditiones bo-
 norum & distributiones, quæ postea in ipso in-
 uentario describentur. Et etiam erit vtile prop-
 terea, quæ non apparent de presenti, sed appa-
 rebunt in futurum. Et sic excusabitur à dolo
 presunto quod subtraxisse videatur bona di-
 stribuenda: in quo subesse dicitur quilibet, qui
 ratione officij ad aliquid obligatur: vt proba-
 tur in l. carceri ff. de custo. reorum & l. si. pro-
 cu. s. dolo. ff. manda. & l. do. ff. ad l. fal. Ex-
 21 cusatur tamen à tali † confectione inuentarij,
 qui iustissimam causam pro excusatione po-
 terit allegare: vt d. l. tutor, qui repertorium.
 ff. de admini. tuto. & dant exemplum doct.
 quia morbo fontico talis fuerit impeditus: vt.
 l. quantum. ff. de re indi. Item, quia res ad-
 hibita inquisitione diligenti haberi non potest.
 vt. l. 3. s. Neratius. ff. de acquiren. pos. & l.